



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

Concilivm Parisiense, Qvo Ad Bellvm Contra Saladinvm Turcarum regem concessae sunt regi decimae Saladinae anno Domini MCLXXXVIII. tempore Clementis papae III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

ANNO
CHRISTI
1188.

CONCILIVM PARIENSE,
QVO AD BELLVM CONTRA SALADINVM
Turcarum regem concessa sunt regi decimæ Saladi-
næ anno Domini MCLXXXVIII. tempore Clementis
papæ III.

NOTA.

^a *Concilium.*] Anno 1188. ait Tilius, in Martio rex Concilium ha- Acta Con-
bet Lutetia, cui decimæ concessæ, quæ vulgo Saladinides dictæ fuerunt. cilii.
Causam, ob quam decimæ sic appellatæ fuerint, Robertus Gaguinus Saladinæ
libro sexto his verbis indicat: *Ad tantam expeditionem (Turcicam decimæ*
contra Saladinum suscipiendam) *cum pecunia deesset, conuocatis Pari- quæ, & qua-*
suis pontificibus & nobilitate rex petiit sibi annuam decimam ecclesiasti- les.
corum pronentium concedi; quæ postea Saladini decimæ appellata est.
Hæc ille. Ex Rogero in annalibus ista Baronius: *Philippus autem rex*
Francorum simili modo colligi fecit decimas reddituum & mobilium ho-
minum per omnes terras suas. reliqua vero suo loco inferius. Extat e-
iusmodi decimarum indictionis decretum a rege Philippo, assensu &
consilio Gallicanorum episcoporum sancitum, apud Rigordum in
vita eiusdem Philippi regis, easque Saladinæ decimas dictas ob bel-
lum aduersus Saladinum indictum testatur. Quod autem eiusmodi
pensitatione decimarum plurimum grauarentur ecclesiæ, atque pau-
peres angustiarentur, Petrus Blefensis scripsit epistolam 112. ad epi-
scopum Aurelianensem, hortans vt se regi talia præsumenti obiice-
ret. Est quidem digna epistola quam legant illi qui quouis prætex-
tu fauent regibus aduersus pauperes & ecclesias.

VITA ET EPISTOLÆ
CÆLESTINI PAPÆ III.

ANNO
CHRISTI
1191.

CÆLESTINVS tertius, patria Romanus, qui auctore
Rogero prius Hyacinthus diaconus cardinalis sanctæ
Mariæ dictus fuerat, subrogatus est Clementi tertio anno
Domini 1191. quarto Idus Aprilis. In vigilia paschæ sacer-
dos, ipso paschæ die pontificatû est consecutus. Henricum
sextum eius nominis regem Germaniæ vna cum vxore e-
ius Constantia imperiali consecratione Romæ donauit.
Postridie factæ coronationis Tusculana ciuitas ad peti-
tionem senatus Romanis tradita solo tenus est desolata.

Cælestinus
quando
pontifex
factus.